



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

Pro primo est Sicut necessarium

Quod in Ducatu Teschineri Silesia ut et Dominio Lodovici
 quod in Judicijs suis eundem Ducatus Teschineris constituti
 oribus et observantijs regitur: jura municipalia et con-
 suetudines diu usitate et placite judicialiterq; compro-
 bata matrem ab omni successione prolium in pubertate
 vel etiam in adulta etate ab intestato mortuorum con-
 sequenter et fratrem matris vel avunculum ex Claris-
 sima juris regula quae ita sonat vincens, vincentem te-
 fortiori ratione vincet te, verbo omnes cognatos si agnati
 supersint licet remotissimi excludant et removeant.
 Nec constat de ullo exemplo ut in praenominato Ducatu
 mater unquam post prolem intestatam hereditatem adisset
 multo minus avunculus consequenter et Avunculi (Es-
 sionarius non potest enim quis in alium plus juris trans-
 ferre, quam ipsemet habet. Ut autem causa litij inter
 Reverendissimum et Celissimum Principem Dominum
 Dominum Helepdem Archiepiscopum Krizoniensem, et
 Perillustres ac Magnificos fratres Herbenskyos equites
 à Arzistie Dominum Sigismundum et Dominum
 Vaycardum orbi universo pateat parcijs hic exponere volo.
 Per Illustris ac Magnificus Dominus Georgius Jaroslau
 Herbensky eques à Arzistie ex Provinciae redux cum
 hereditatem a Patre et Matre in Infancia sua relicta
 et in summo litigio versantem, sibi a praenominatis Dominis

Patruelibus et tutoribus testamento Paterno constitutis
et proprijs illorum expensis judicialiter acquisitam, traditam
adivisset, post elapsam quatuor annorum spatium Domi-
nij sui, male se habere cepit: et cum animadvertisset
nullam spem sibi superesse longevae vitae, Domini sui
disponere et testamentum instituere constituit, cor-
vocatis itaqz confidentioribus suis, voluntatem suam
ultimam secundum consuetudinem et legem Ducatus
Bavariae scripto tradidit, et sex equestri ordini viri
per litteras suas amabiliter requisiti, et per virum
nobilem fide Dignum Capitanei sui filium traditi
sigillandam et subscribendam transmissit, et ablegavit.
Quibus sex, cum quinqz sine omni tergiversatione
et difficultate tale testamentum sigillis suis cor-
roborarent, et subscripsissent, sextus vero nullatenus
testatori conjunctus, propter aliquam forsitan
humanam gratiam, vel respectum talem signaturam
et subscriptionem renuisset, et denegasset, illud
autem testatori relatum fuisset, valde desuper al-
teratus petitionem priorem apud eundem litteris
suis reiteravit, interea videns se iam in ultimis ter-
minis vitae constitutum esse, nec sibi amplius tantum
temporis superesse ad dandum describendum tale
testamentum, familiam suam presentem informavit

se quidem repulsantem Denno rogasse qui si petitioni sua
non satisfaceret ut memoria omnes simulsumpti retinerent. Huius
Testamento traditam unicam voluntatem suam esse et per
manere et ubi necesse foret de hac sua ultima Declara
tione Testimonium perhiberent. Illos requisivit hoc
peracto Deo spiritum commendavit, et aliquod horis
post elapsis mortuus est. quo mortuo Dominus Loya
Capitanus defuncti dictum Testamentum sibi a
Testatore commendatum, Patribus eius supradictis
post mortem eius tradendum et a sexto requisito teste
remissum, et non expeditum recepit. dictisq; Patribus
tradidit qui secundum consuetudinem loci illud apud
funeralia publicari curarunt. In quo Domini fratres sepe
nominati pro heredibus instituti reperiuntur. Hac autem
hereditas mori ipis a Domino ~~Comite~~ Gabriele Plavez
ky avunculo defuncti ob defectum scati testis negan
tis sigillationem, et subscriptionem in controversiam
ducta incepit, et quidem apud officium et iudiciu
tam Testinense quam Costensa quam controversiam
postea predictus Dominus Comes Plavezky secundu
consuetudinem et Statuta loci primo prescriptionis
tempore non uno sed pluribus, secundo fori competentis
variatione et desertione, ut et tertio non rite agendo
defectuose laborantem. titulo pleno Dominus Archiepis
Copo

Aligoriens cessit, quam quidem Cessionem sua Majestas
Caesarea in formalibus ratificavit, in materialibus vero contra
dicendi saluum jus predictis Dominis haeredibus reliquit.
Iam autem quaeritur pro primo. Quomodo Dominus Comes
Plavetzky tanquam Cognatus et Matris defuncti
frater de invaliditate testamenti controversiam mo-
vere potuerit, cum ipsi nullum jus in hanc hereditatem
etiam si defunctus intestatus mortuus fuisset compe-
tuerit? quomodo jus suum alteri cedere potuerit si
nullum habuit? quod si habuisset, ex triplici capite
illud perdidisset. Primum per prescriptionem per
variationem et desertionem fori, ubi et non rite agendo
in Ducatu enim Tesinensi ille qui unum annum et sex
septomadas in immobilibus praeterlati sitis, jus agendi
perdit, ubi et ille qui forum variat vel non rite agit
eo ipso causa cadit et adhuc ad mulctam condemnari
solet: Cuius rei exempla in praenominato Ducatu extant.
Etposito non concesso quod hoc testamentum non frangit,
cum pati deberet. Tunc tamen Dominus Sperbensky tan-
quam agnatus et proximi patruelis defuncti, ab
intestato succederent, Dominum Comitem Plavetzky
et suum Dominum Cessionarium a tali hereditate
excluderent, de quo certissimi sunt cum autem
difficile sit cum tam potente Adversario litigare
Mediationem Societatis D. W. implorant.



ksiaznica@kc-cieszyn.pl